A. D. 1918. Nrus VI.

CURRENDA

Ius matrimoniale

iuxta novum Codicem Iuris canonici. (Lib. III. tit. VII.).

Can. 1012.

§ 1. Christus Dominus ad sacramenti dignitatem evexit ipsum contractum matrimonialem inter baptizatos.

§ 2. Quare inter baptizatos nequit matrimonialis contractus validus consistere, quin sit eo ipso sacramentum.

Can. 1013.

§ 1. Matrimonii finis primarius est procreatio atque educatio prolis; secundarius mutuum adiutorium et remedium concupiscentiae.

§ 2. Essentiales matrimonii proprietates sunt unitas ac indissolubilitas, quae in matrimonio christiano peculiarem obtinent firmitatem ratione sacramenti.

Can. 1014.

Matrimonium gaudet favore iuris; quare in dubio standum est pro valore matrimonii, donec contriarium probetur, salvo praescripto can. 1127.

Can. 1015.

§ 1. Matrimonium baptizatorum validum dicitur *ratum,* si nondum consummatione completum est; *ratum el consummatum,* si inter coniuges locum habuerit coniugalis actus, ad quem natura sua ordinatur contractus matrimonialis et quo coniuges fiunt una caro.

§ 2. Celebrato matrimonio, si coniuges simul cohabitaverint, praesumitur consummatio, donec contrarium probetur.

§ 3. Matrimonium inter non baptizatos valide celebratum, dicitur *legitimum.*

§ 4. Matrimonium invalidum dicitur *putativum,* si in bona fide ab una saltem parte celebratum fuerit, donec utraque pars de eiusdem nullitate certa evadat.

Can. 1016.

Baptizatorum matrimonium regitur iure non solum divino, sed etiam canonico, salva completentia civilis potestatis circa mere civiles eiusdem matrimonii effectus.

Can. 1017.

§ 1. Matrimonii promissio sive unilateralis, sive bilateralis seu sponsalitia irrita est pro utroque foro, nisi facta fuerit per scripturam subsignatam a partibus et vel a parocho aut loci Ordinario, vel a duobus saltem testibus.

§ 2. Si utraque vel alterutra pars scribere nesciat vel nequeat, ad validitatem id in ipsa scriptura adnotetur et alius testis addatur qui cum parocho aut loci Ordinario vel duobus testibus, de quibus in § 1, scripturam subsignet.

§ 3. At ex matrimonii promissione, licet valida sit nec ulla iusta causa ab eadem implenda excuset, non datur actio ad petendam matrimonii celebrationem; datur tamen ad reparationem damnorum, si quae debeatur [1]).

Can. 1018.

Parochus ne omittat populum prudenter erudire de matrimonii sacramento eiusque impedimentis.

Caput I.

De iis quae matrimonii celebrationi praemitti debent et praesertim de publicationibus matrimonialibus.

Can. 1019.

§ 1. Antequam matrimonium celebretur, constare debet nihil eius validae ac licitae celebrationi obsistere.

§ 2. In periculo mortis, si aliae probationes haberi nequeant, sufficit, nisi contraria adsint indicia, affirmatio iurata contrahentium, se baptizatos fuisse et nullo detineri impedimento.

Can. 1020.

§ 1. Parochus cui ius est assistendi matrimonio, opportuno antea tempore, diligenter investiget num matrimonio contrahendo aliquid obstet.

§ 2. Tum sponsum tum sponsam etiam seorsum et caute interroget num aliquo detineantur impedimento, an consensum libere, praesertim mulier, praestent, et an in doctrina christiana sufficienter instructi sint, nisi ob personarum qualitatem haec ultima interrogatio inutilis appareat.

§ 3. Ordinarii loci est peculiares normas pro huiusmodi parochi investigatione dare.

Can. 1021.

§ 1. Nisi baptismus collatus fuerit in ipso suo territorio, parochus exigat baptismi testimonium ab utraque parte, vel a parte tantum catholica, si agatur de matrimonio contrahendo cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus.

---

[1]) C. C. A. § 45. Zaręczyny czyli poprzednie przyrzeczenie zawarcia małżeństwa, bez względu na to, w jakich okolicznościach, lub pod jakimi warunkami, dane lub otrzymane, nie nakładają żadnego obowiązku prawnego ani do małżeństwa, ani do otrzymania tego, co na wypadek odstąpienia umówiono. — § 46. Jedynie tej stronie, która nie miała uzasadnionej przyczyny do odstąpienia, przysługa prawo żądania zwrotu rzeczywistej szkody, o ile udowodni, że ją poniosła skutkiem tego odstąpienia.

§ 2. Catholici qui sacramentum confirmationis nondum receperunt, illud, antequam ad matrimonium admittantur, recipiant, si id possint sine gravi incommodo.

Can. 1022.

Publice a parocho denuntietur inter quosnam matrimonium sit contrahendum.

Can. 1023.

§ 1. Matrimoniorum publicationes fieri debent a parocho proprio.[1])

§ 2. Si pars alio in loco per sex menses commorata sit post adeptam pubertatem, parochus rem exponat Ordinario, qui pro sua prudentia vel publicationes inibi faciendas exigat, vel alias probationes seu coniecturas super status libertate colligendas praescribat.[2])

---

[1]) Parochus proprius est parochus domicilii vel quasi-domicilii iuxta sequentes canones:

Can. 91. Persona dicitur: *incola,* in loco ubi domicilium, *advena,* in loco ubi quasi-domicilium habet; *peregrinus,* si versetur extra domicilium et quasi-domicilium, quod adhuc retinet; *vagus,* si nullibi domicilium habeat vel quasi-domicilium.

Can. 92. § 1. Domicilium acquiritur commoratione in aliqua paroecia aut quasi-paroecia, aut saltem in dioecesi, vicariatu apostolico, praefectura apostolica; quae commoratio vel coniuncta sit cum animo ibi perpetuo manendi, si nihil inde avocet, vel si protracta ad decennium completum.

§ 2. Quasi-domicilium acquiritur commoratione uti supra, quae vel coniuncta sit cum animo ibi manendi saltem ad maiorem anni partem, si nihil inde avocet, vel sit reapse protracta ad maiorem anni partem.

§ 3. Domicilium vel quasi-domicilium in paroecia vel quasi-paroecia dicitur *paroeciale;* in dioecesi, vicariatu, praefectura, non autem in paroecia vel quasi-paroecia, *dioecesanum.*

Can. 93. § 1. Uxor, a viro legitime non separata, necessario retinet domicilium viri sui; amens, domicilium curatoris; minor, domicilium illius cuius potestati subiicitur.

§ 2. Minor infantia egressus potest quasi-domicilium proprium obtinere; item uxor a viro legitime non separata, legitime autem separata etiam domicilium.

Can. 94. § 1. Sive per domicilium sive per quasi-domicilium suum quisque parochum et Ordinarium sortitur.

§ 2. Proprius vagi parochus vel Ordinarius est parochus vel Ordinarius loci in quo vagus actu commoratur.

§ 3. Illorum quoque qui non habent nisi dioecesanum domicilium vel quasi-domicilium parochus proprius est parochus loci in quo actu commorantur.

Can. 95. Domicilium et quasi-domicilium amittitur discessione a loco cum, animo non revertendi salvo praescripto can. 93.

Prawo cywilne (§§ 70—74) nakazuje, aby głoszenie zapowiedzi uczynione było trzy razy w dniu niedzielnym lub świątecznym w czasie zwykłego zgromadzania się parafian w kościele tej lub tych parafii, w której narzeczeni mieszkają; jeżeli narzeczeni lub jedno z nich nie przemieszkali jeszcze sześciu tygodni w parafii, w której mają zawrzeć małżeństwo, należy zapowiedzi głosić także w miejscu ostatniego ich pobytu, w którem dłużej niż sześć tygodni mieszkali, albo muszą narzeczeni przemieszkać sześć tygodni w miejscu gdzie przebywają, aby zapowiedzi tamże ogłoszone wystarczały. Małżeństwo zawarte z opuszczeniem wszystkich trzech zapowiedzi jest nie ważne. Co do zapowiedzi małżeństw wojennych cf. Curr. VIII. z 1916 i V. 1917.

[2]) Szczegółowe przepisy „Instrukcyi dla sądów małżeńskich w Austryi“ (§ 60—63) straciły wprawdzie moc obowiązującą, w wypadkach jednak trudniejszych mogą ułatwić zachowanie postanowień tego kanonu.

§ 3. Si aliqua sit suspicio de contracto impedimento, parochus etiam pro breviore commoratione consulat Ordinarium, qui matrimonium ne permittat, nisi prius suspicio, ad nomam § 2, removeatur.

Can. 1024.

Publicationes fiant tribus continus diebus dominicis aliisque festis de praecepto in ecclesia inter Missarum sollemnia, aut inter alia divina officia ad quae populus frequens accedat.

Can. 1025.

Potest loci Ordinarius pro suo territorio publicationibus substituere publicam, ad valvas ecclesiae paroecialis aliusve ecclesiae, affixionem nominum contrahentium per spatium saltem octo dierum, ita tamen ut, hoc spatio, duo dies festi de praecepto comprehendantur[1]).

Can. 1026.

Publicationes ne fiant pro matrimoniis quae contrahuntur cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus aut mixtae religionis, nisi loci Ordinarius pro sua prudentia, remoto scandalo, eas permittere opportunum duxerit, dummodo apostolica dispensatio praecesserit et mentio omittatur religionis partis non catholicae.

Can. 1027.

Omnes fideles tenentur impedimenta, si qua norint, parocho aut loci Ordinario, ante matrimonii celebrationem, revelare.

Can. 1028.

§ 1. Loci Ordinarius proprius pro suo prudenti iudicio potest ex legitima causa a publicationibus etiam in aliena dioecesi faciendis dispensare.

§ 2. Si plures sint Ordinarii proprii, ille ius habet dispensandi, in cuius dioecesi matrimonium celebratur; quod si matrimonium extra proprias ineatur dioeceses, quilibet Ordinarius proprius dispensare potest.

Can. 1029.

Si alius parochus investigationem aut publicationes peregerit, de harum exitu statim per authenticum documentum certiorem reddat parochum, qui matrimonio assistere debet.

Can. 1030.

§ 1. Peractis investigationibus et publicationibus, parochus matrimonio ne assistat, antequam omnia documenta necessaria receperit, et praeterea, nisi rationabilis causa aliud postulet, tres dies decurrerint ab ultima publicatione.

---

[1]) Według ustawy cywilnej głoszenie zapowiedzi za pomocą plakatów jest dopuszczalne tylko wtenczas, gdy strony zawierają matrimonium civile necessitatis, abo gdy małżeństwo zawierają osoby uchodzące wobec państwa za „bezwyznaniowe".

§ 2. Si intra sex menses matrimonium contractum non fuerit, publicationes repetantur, nisi aliud loci Ordinario videatur.

Can. 1031.

§ 1. Exorto dubio de exsistentia alicuius impedimenti:

1.⁰ Parochus rem accuratius investiget, interrogando sub iuramento duos saltem testes fide dignos, dummodo ne agatur de impedimento ex cuius notitia infamia partibus oriatur, et, si necesse fuerit, ipsas quoque partes;

2.⁰ Publicationes peragat vel perficiat, si dubium ortum sit ante inceptas vel expletas publicationes;

3.⁰ Matrimonio ne assistat, inconsulto Ordinario, si dubium adhuc superesse prudenter iudicaverit.

§ 2. Detecto impedimento certo:

1.⁰ Si impedimentum sit occultum, parochus publicationes peragat vel absolvat, et rem deferat, reticens nomina, ad loci Ordinarium vel ad Sacram Poenitentiaram;

2.⁰ Si sit publicum et detegatur ante inceptas publicationes, parochus ulterius ne procedat, donec impedimentum removeatur, etsi dispensationem pro foro conscientiae tantum obtentam norit; si detegatur post primam aut secundam publicationem, parochus publicationes perficiat, et rem ad Ordinarium deferat.

§ 3. Demum si nullum detectum fuerit impedimentum, nec dubium nec certum, parochus, expletis publicationibus, ad matrimonii celebrationem partes admittat.

Can. 1032.

Matrimonio vagorum de quibus in can. 91, parochus, excepto casu necessitatis, nunquam assistat, nisi, re ad loci Ordinarium vel ad sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam assistendi obtinuerit.

Can. 1033.

Ne omittat parochus, secundum diversam personarum conditionem, sponsos docere sanctitatem sacramenti matrimonii, mutuas coniugum obligationes et obligationes parentum erga prolem; eosdemque vehementer adhortetur ut ante matrimonii celebrationem sua peccata diligenter confiteantur, et sanctissimam Eucharistiam pie recipiant.

Can. 1034.

Parochus graviter filiosfamilias minores[1]) hortetur ne nuptias ineant, insciis aut rationabiliter invitis parentibus; quod si abnuerint, eorum matrimonio ne assistat, nisi consulto prius loci Ordinario.

Caput II.

De impedimentis in genere.

Can. 1035.

Omnes possunt matrimonium contrahere, qui iure non prohibentur.

[1]) minores t. j. nie mający 21 lat skończonych (can. 88 § 1.)

Can. 1036.

§ 1. Impedimentum *impediens* continet gravem prohitionem contrahendi matrimonium; quod tamen irritum non redditur si, non obstante impedimento, contrahatur.

§ 2. Impedimentum *dirimens* et graviter prohibet matrimonium contrahendum, et impedit quominus valide contrahatur.

§ 3. Quanquam impendimentum ex una tantum parte se habet, matrimonium tamen reddit aut illicitum aut invalidum [1]).

Can. 1037.

Publicum censetur impedimentum quod probari in foro externo potest; secus est occultum.

Can. 1038.

§ 1. Supremae tantum auctoritatis ecclesiasticae est authentice declarare quandonam ius divinum matrimonium impediat vel dirimat.

§ 2. Eidem supremae auctoritati privative ius est alia impedimenta matrimonium impedimentia vel dirimentia pro baptizatis constituendi per modum legis sive universalis sive particularis.

Can. 1039.

§ 1. Ordinarii locorum omnibus in suo territorio actu commorantibus et suis subditis etiam extra fines sui territorii vetare possunt matrimonia in casu peculiari, sed ad tempus tantum, iusta de causa eaque perdurante.

§ 2. Vetito clausulam irritantem una Sedes Apostolica addere potest.

Can. 1040.

Praeter Romanum Pontificem, nemo potest impedimenta iuris ecclesiastici sive impedienta sive dirimentia abrogare, aut illis derogare; item nec in eisdem dispensare, nisi iure communi vel speciali indulto a Sede Apostolica haec potestas concessa fuerit.

Can. 1041.

Consuetudo novum impedimentum inducens aut impedimentis existentibus contraria reprobatur.

Can. 1042.

§ 1. Impedimenta alia sunt *gradus minoris*, alia *maioris*.

§ 2. Impedimenta gradus minoris sunt:

1.⁰ Consanguinitas in tertio gradu lineae collateralis;

---

[1]) N. p. małżeństwo Rusina galicyjskiego z łacinniczką spokrewnioną z nim w 4. stopniu linii ubocznej jest nieważne, jakkolwiek przeszkoda istnieje po jednej tylko stronie, t. zn. w kościele łacińskim przeszkoda pokrewieństwa w czwartym stopniu została zniesiona, ale istnieje nadal w kościele unickim, nowym kodeksem nie objętym (cf. can. 1.) na mocy obowiązującego tam prawa trydenckiego.

2.⁰ Affinitas in secundo gradu lineae collateralis;

3.⁰ Publica honestas in secundo gradu;

4.⁰ Cognatio spiritualis;

5.⁰ Crimen ex adulterio cum promissione vel attentatione matrimonii etiam per civilem tantum actum.

§ 3. Impedimenta maioris gradus alia sunt omnia.

Can. 1043.

Urgente mortis periculo, locorum Ordinarii, ad consulendum conscientiae et, si casus ferat, legitimationi prolis, possunt tum super forma in matrimonii celebratione servanda, tum super omnibus et singulis impedimentis iuris ecclesiastici, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio,[1]) dispensare proprios subditos ubique commorantes et omnes in proprio territorio actu degentes, remoto scandalo, et, si dispensatio concedatur super cultus disparitate aut mixta religione, praestitis consuetis cautionibus.

Can. 1044.

In eiusdem rerum adiunctis de quibis in can. 1043 et solum pro casibus in quibus ne loci quidem Ordinarius adiri possit, eadem dispensandi facultate pollet tum parochus, tum sacerdos qui matrimonio, ad normam can. 1098, n. 2, assistit, tum confesarius, sed hic pro foro interno in actu sacramentalis confessionis tantum.

Can. 1045.

§ 1. Possunt Ordinarii locorum, sub clausulis in fine can. 1043 statutis, dispensationem concedere super omnibus impedimentis de quibus in cit. can. 1043, quoties impedimentum detegatur, cum iam omnia sunt parata ad nuptias, nec matrimonium, sine probabili gravis mali periculo, differri possit usque dum a Sancta Sede dispensatio obtineatur.

§ 2. Haec facultas valeat quoque pro convalidatione matrimonii iam contracti, si idem periculum sit in mora nec tempus suppetat recurrendi ad Sanctam Sedem.

§ 3. In iisdem rerum adiunctis, eadem facultate gaudeant omnes de quibus in can. 1044, sed solum pro casibus occultis in quibus ne loci quidem Ordinarius adiri possit, vel nonnisi cum periculo violationis secreti.

Can. 1046.

Parochus aut sacerdos de quo in can. 1044, de concessa dispensatione pro foro externo Ordinarium loci statim certiorem faciat; eaque adnotetur in libro matrimoniorum.

Can. 1047.

Nisi aliud ferat S. Poenitentiariae rescriptum, dispensatio in foro interno non sacramentali concessa super impedimento occulto, adnotetur in libro diligenter

[1]) i. e. tunc tantum, si matrimonium, ex quo oritur affinitas, consummatum fuerit.

in secreto Curiae archivo de quo in can. 379 asservando, nec alia dispensatio pro foro externo est necessaria, etsi postea occultum impedimentum publicum evaserit; sed est necessaria, si dispensatio concessa fuerat tantum in foro interno sacramentali.

Can. 1048.

Si petitio dispensationis ad Sanctam Sedem missa sit, Ordinarii locorum suis facultatibus, si quas habeant, ne utantur, nisi ad normam can. 204, § 2.

Can. 1049.

§ 1. In matrimoniis sive contractis sive contrahendis, qui gaudet indulto generali dispensandi super certo quodam impedimento, potest, nisi in ipso indulto aliud expresse praescribatur, super eo dispensare etiamsi idem impedimentum multiplex sit.

§ 2. Qui habet indultum generale dispensandi super pluribus diversae speciei impedimentis, sive dirimentibus sive impedimentibus, potest dispensare super iisdem impedimentis, etiam publicis, in uno eodemque casu occurrentibus.

Can. 1050.

Si quando cum impedimento seu impedimentis publicis super quibus ex indulto dispensare quis potest, concurrat aliud impedimentum super quo dispensare nequeat, pro omnibus Sedes Apostolica adiri debet; si tamen impedimentum seu impedimenta super quibus dispensare potest, comperiantur post imperatam a Sancta Sede dispensationem, suis facultatibus uti poterit.

Can. 1051.

Per dispensationem super impedimento dirimente concessam sive ex potestate ordinaria, sive ex potestate delegata per indultum generale, non vero per rescriptum in casibus particularibus, conceditur quoque eo ipso legitimatio prolis, si qua ex iis cum quibus dispensatur iam nata vel concepta fuerit, excepta tamen adulterina et sacrilega.

Can. 1052.

Dispensatio ab impedimento consanguinitatis vel affinitatis, concessa in aliquo impedimenti gradu, valet, licet in petitione vel in concessione error circa gradum irrepserit, dummodo gradus revera exsistens sit inferior, aut licet reticitum fuerit aliud impedimentum eiusdem speciei in aequali vel inferiori gradu.

Can. 1053.

Data a Sancta Sede dispensatio super matrimonio rato et non consummato vel facta permissio transitus ad alias nuptias ob praesumptam coniugis mortem, secumfert semper dispensationem ab impedimento proveniente ex adulterio cum promissione vel attentatione matrimonii, si qua opus sit, minime vero dispensationem ab impedimento de quo in can. 1075, nn. 2, 3.

Can. 1054.

Dispensatio a minore impedimento concessa, nullo sive obreptionis sive subreptionis vitio irritatur, etsi unica causa finalis in precibus exposita falsa fuerit.

Can. 1055.

Dispensationes super publicis impedimentis Ordinario oratorum commissas, exsequatur Ordinarius qui litteras testimoniales dedit vel preces transmisit ad Sedem Apostolicam, etiamsi sponsi, quo tempore exsecutioni danda est dispensatio, relicto illius dioecesis domicilio aut quasi-domicilio, in aliam dioecesim discesserint non amplius reversuri, monito tamen Ordinario loci in quo matrimonium contrahere cupiunt.

Can. 1056.

Excepta modica aliqua praestatione ex titulo expensarum cancellariae in dispensationibus pro non pauperibus, locorum Ordinarii eorumve officiales, reprobata quavis contraria consuetudine, nequeunt, occasione concessae dispensationis, emolumentum ullum exigere, nisi haec facultas a Sancta Sede expresse eis data fuerit; et si exegerint, tenentur ad restitutionem.

Can. 1057.

Qui ex potestate a Sede Apostolica delegata dispensationem concedunt, in eadem expressam pontificii indulti mentionem faciant.[1])

Caput III.

De impedimentis impedientibus.

Can. 1058.

§ 1. Matrimonium impedit votum simplex virginitatis, castitatis perfectae, non nubendi, suscipiendi ordines sacros et amplectendi statum religiosum.

§ 2. Nullum votum simplex irritat matrimonium, nisi irritatio speciali Sedis Apostolicae praescripto pro aliquibus statuta fuerit.

Can. 1059.

In iis regionibus ubi lege civili legalis cognatio, ex adoptione orta, nuptias reddit illicitas, iure quoque canonico matrimonium illicitum est.[2])

---

[1]) Na mocy dekretu św. Kongregacyi Konsyst. z dnia 25. kwietnia b. r. (A. A. S. nr. 5. 1918) Ordinarii Galliae, trium regnorum Magnae Britanniae, Germaniae, Austriae et Poloniae, durante bello, quoties aditus ad S. Sedem difficilis aut impossibilis saltem per mensem praevideatur, dispensare possunt ab impedimentis tam minoris quam maioris gradus, etiam multiplicibus, iuris tamem ecclesiastici (exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta consummato matrimonio).

[2]) Kodex austryacki uznaje wprawdzie instytucyę adopcyi (przysposobienia, §§ 179—185 uzupeł. nowelą z 12. paździer. 1914 § 18—19) ale nie zna przeszkody ani zabraniającej ani rozrywającej małżeństwo z tytułu dokonanej adopcyi.

Can. 1060.

Severissime Ecclesia ubique prohibet ne matrimonium ineatur inter duas personas baptizatas, quarum altera sit catholica, altera vero sectae haereticae seu schismaticae adscripta; quod si adsit perversionis periculum coniugis catholici et prolis, coniugium ipsa etiam lege divina vetatur.

Can. 1061.

§ 1. Ecclesia super impedimento mixtae religionis non dispensat, nisi:

1.⁰ Urgeant iustae ac graves causae;

2.⁰ Cautionem praestiterit coniux acatholicus de amovendo a coniuge catholico perversionis periculo, et uterque coniux de universa prole catholice tantum baptizanda et educanda;

3.⁰ Moralis habeatur certitudo de cautionum implemento.

§ 2. Cautiones regulariter in scriptis exigantur.[1])

Can. 1062.

Coniux catholicus obligatione tenetur conversonem cóniugis acatholici prudenter curandi.

Can. 1063.

§ 1. Etsi ab Ecclesia obtenta sit dispensatio super impedimento mixtae religionis, coniuges nequeunt, vel ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, adire quoque, sive per se sive per procuratorem, ministrum acatholicum uti sacris addictum, ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum.[2])

§ 2. Si parochus certe noverit sponsos hanc legem violaturos esse vel iam violasse, eorum matrimonio ne assistat, nisi ex gravissimis causis, remoto scandalo et consulto prius Ordinario.[3])

§ 3. Non improbatur tamen quod, lege civili iubente, coniuges se sistant etiam coram ministro acatholico, officialis civilis tantum munere fungente, idque ad actum civilem dumtaxat explendum, effectuum civilium gratia.

Can. 1064.

Ordinarii aliique animarum pastores:

1.⁰ Fideles a mixtis nuptiis, quantum possunt, absterreant;

---

[1]) Przepisy dyecezalne co do małżeństw mieszanych cf. Curr. XVII. z 1887 (wzgl. X. Dr Bernacki: Podręcznik dla duchownych str. 48 i n.).

[2]) inaczej u. z 31. grudnia 1868 art. II. Uroczyste oświadczenie zezwolenia na małżeństwo złożą osoby, należące do różnych wyznań chrześcijańskich, przed właściwym duszpasterzem jednego z obojga oblubieńców lub przed jego zastępcą w obecności dwóch świadków. Oblubieńcom wolno w każdym razie błogosławieństwo kościelne swego małżeństwa, zawartego przed duszpasterzem jednego z oblubieńców, uzyskać od duszpasterza drugiej strony.

[3]) Can. 2319 § 1. Subsunt excommunicationi latae sententiae Ordinario reservatae catholici: 1.⁰ Qui matrimonium ineunt coram ministro acatholico contra praescriptum can. 1063; 2.⁰ Qui matrimonio uniuntur cum pacto explicito vel implicito ut omnis vel aliqua proles educetur extra catholicam Ecclesiam.

2. Si eas impedire non valeant, omni studio curent ne contra Dei et Ecclesiae leges contrahantur;

3.⁰ Mixtis nuptiis celebratis sive in proprio sive in alieno territorio, sedulo invigilent ut coniuges promissiones factas fideliter impleant;

4.⁰ Assistens matrimonio servent praescriptum can. 1102.

Can. 1065.

§ 1. Absterreantur quoque fideles a matrimonio contrahendo cum iis qui notorie aut catholicam fidem abiecerunt, etsi ad sectam acatholicam non transierint, aut societatibus ab Ecclesia damnatis adscripti sunt.

§ 2. Parochus praedictis nuptiis ne assistat, nisi consulto Ordinario, qui, inspectis omnibus rei adiunctis, ei permittere poterit ut matrimonio intersit, dummodo urgeat gravis causa et pro suo prudenti arbitrio Ordinarius iudicet satis cautum esse catholicae educationi universae prolis et remotioni periculi perversionis alterius coniugis.

Can. 1066.

Si publicus peccator aut censura notorie innodatus prius ad sacramentalem confessionem accedere aut cum Ecclesia reconciliari recusaverit, parochus eius matrimonio ne assistat, nisi gravis urgeat causa, de qua, si fieri possit, consulat Ordinarium.

Caput IV.

De impedimentis dirimentibus.

Can. 1067.

§ 1. Vir ante decimum sextum aetatis annum completum, mulier ante decimum quartum item completum, matrimonium validum inire non possunt.[1])

§ 2. Licet matrimonium post praedictam aetatem contractum validum sit, curent tamen animarum pastores ab eo avertere iuvenes ante aetatem, qua, secundum regionis receptos mores, matrimonium iniri solet.

Can. 1068.

§ 1. Impotentia antecedens et perpetua, sive ex parte viri sive ex parte mulieris, sive alteri cognita sive non, sive absoluta sive relativa, matrimonium ipso naturae iure dirimit.

§ 2. Si impedimentum impotentiae dubium sit, sive dubio iuris sive dubio facti, matrimonium non est impediendum.

§ 3. Sterilitas matrimonium nec dirimit nec impedit.

---

[1]) Prawo austryackie jako wiek dojrzałości przyjmuje dla obu stron 14 rok skończony a nadto uważa za przeszkodę unieważniającą małoletność cf. § 49. u. c.

Can. 1069.

§ 1. Invalide matrimonium attentat qui vinculo tenetur prioris matrimonii, quanquam non consummati, salvo privilegio fidei.[1])

§ 2. Quamvis prius matrimonium sit irritum aut solutum qualibet ex causa, non ideo licet aliud contrahere, antequam de prioris nullitate aut solutione legitime et certo constiterit.[2])

Can. 1070.

§ 1. Nullum est matrimonium contractum a persona non baptizata cum persona baptizata in Ecclesia catholica vel ad eandem ex haeresi aut schismate conversa.[3])

§ 2. Si pars tempore contracti matrimonii tanquam baptizata communiter habebatur aut eius baptismus erat dubius, standum est, ad normam can. 1014, pro valore matrimonii, donec certo probetur alteram partem baptizatam esse, alteram vero non baptizatam.

Can. 1071.

Quae de mixtis nuptiis in canonibus 1060—1064 praescripta sunt, applicari quoque debent matrimoniis quibus obstat impedimentum disparitatis cultus.

Can. 1072.

Invalide matrimonium attentant clerici in sacris ordinibus constituti.[4])

Can. 1073.

Item invalide matrimonium attentant religiosi qui vota sollemnia professi sint, aut vota simplicia, quibus ex speciali Sedis Apostolicae praescripto vis addita sit nuptias irritandi.[5])

---

[1]) Can. 2356: Bigami, idest qui, obstante coniugali vinculo, aliud matrimonium, etsi tantum civile, ut aiunt, attentaverint, sunt ipso facto infames, et si, spreta Ordinarii monitione, in illicito contubernio persistant, pro diversa reatus gravitate excommunicentur, vel personali interdicto plectantur.

[2]) W każdym wątpliwym wypadku należy odnieść się do Ordynaryatu (Instructio s. Officii ex an. 1868).

[3]) U. c. § 64. Chrześcijanie nie mogą zawierać ważnego małżeństwa z osobami niewyznającemi religii chrześcijańskiej.

[4]) U. c. § 63. Duchowni po otrzymaniu wyższych święceń, tudzież osoby zakonne obojga płci po złożeniu ślubu bezżenności, nie mogą zawierać ważnego małżeństwa. — Can. 2388 § 1. Clerici in sacris constituti vel regulares aut moniales post votum sollemne castitatis itemque omnes cum aliqua ex praedictis personis matrimonium etiam civiliter tantum contrahere praesumentes, incurrunt in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae simpliciter reservatam; clerici praeterea, si moniti, tempore ab Ordinario pro adiunctorum diversitate praefinito, non resipuerint, degradentur, firmo praescripto can. 188, n. 5. (i. e. ipso iure quodlibet officium amittunt).

[5]) Ita in Societate Jesu ipsa professio votorum simplicium, quam biennio novitiatus elapso faciunt scholares approbati et coadiutores temporales nondum formati, constituit impedimentum dirimens ex constit. Gregor. XIII. „Ascendente Dom.“ 25. Maii 1584.

Can. 1074.

§ 1. Inter virum raptorem et mulierem, intuitu matrimonii raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum potest consistere matrimonium.[1])

§ 2. Quod si rapta, a raptore separata et in loco tuto ac libero constituta, illum in virum habere consenserit, impedimentum cessat.

§ 3. Quod ad matrimonii nullitatem attinet, raptui par habetur violenta retentio mulieris, cum nempe vir mulierem in loco ubi ea commoratur vel ad quem libere accessit, violenter intuitu matrimonii detinet.[2])

Can. 1075.

Valide contrahere nequeunt matrimonium:

1.⁰ Qui, perdurante eodem legitimo matrimonio, adulterium inter se consummarunt et fidem sibi mutuo dederunt de matrimonio ineundo vel ipsum matrimonium, etiam per civilem tantum actum, attentarunt;

2.⁰ Qui, perdurante pariter eodem legitimo matrimonio, adulterium inter se consummarunt eorumque alter coniugicidium patravit;

3.⁰ Qui mutua opera physica vel morali, etiam sine adulterio, mortem coniugi intulerunt.[3])

Can. 1076.

§ 1. In linea recta consanguinitatis[4]) matrimonium irritum est inter omnes ascendentes et descendentes tum legitimos tum naturales.

§ 2. In linea collaterali irritum est usque ad tertium gradum inclusive, ita tamen ut matrimonii impedimentum toties tantum multiplicetur quoties communis stipes multiplicatur.

§ 3. Nunquam matrimonium permittatur, si quod subsit dubium num partes sint consanguineae in aliquo guadu lineae rectae aut in primo gradu lineae collateralis.[5])

---

[1]) U. c. § 56. Zezwolenie jest także wówczas nieważne, jeżeli je dała osoba uprowadzona i to w czasie, kiedy wolności swej jeszcze nie odzyskała.

[2]) Can. 2353. Qui intuitu matrimonii vel explendae libidinis causa rapuerit mulierem nolentem vi aut dolo, vel mulierem minoris aetatis (21 an.) consentientem quidem, sed insciis vel contradicentibus parentibus aut tutoribus, ipso iure exclusus habeatur ab actibus legitimis ecclesiasticis et insuper aliis poenis pro gravitate culpae plectatur.

[3]) U. c. § 68. Jeżeli dwie osoby nawet bez uprzedniego cudzołostwa przyrzekły zawrzeć ze sobą małżeństwo i dla dopięcia zamiaru, choćby tylko jedna z nich nastawała na życie małżonka stojącego na przeszkodzie temu małżeństwu, — osoby te nie mogą między sobą zawrzeć ważnego małżeństwa nawet wtedy, gdy mordu rzeczywiście nie dokonały.

[4]) Can. 96. § 1. Consanguinitas computatur per lineas et gradus. § 2. In linea recta tot sunt gradus quot generationes, seu quot personae, stipite dempto. — § 3. In linea obliqua si tractus uterque sit aequalis, tot sunt gradus quot generationes in uno tractu lineae: si duo tractus sint inaequales, tot gradus quot generationes in tractu longiore.

[5]) U. c. § 65. Krewni w linii wstępnej i zstępnej, rodzeństwo rodzone i przyrodnie oraz dzieci rodzeństwa między sobą, jako też ci ostatni z rodzeństwem rodziców, mianowicie z wujem i ciotką lub ze stryjem lub stryjanką, nie mogą zawierać ważnego małżeństwa, bez względu na to, czy pokrewieństwo jest ślubne czy nieślubne.

Can. 1077.

§ 1. Affinitas[1]) in linea recta dirimit matrimonium in quolibet gradu; in linea collaterali usque ad secundum gradum inclusive.[2])

§ 2. Affinitatis impedimentum multiplicatur:

1.⁰ Quoties multiplicatur impedimentum consanguinitatis a quo procedit;

2.⁰ Iterato successive matrimonio cum consanguineo coniugis defuncti.

Can. 1078.

Impedimentum publicae honestatis oritur ex matrimonio invalido, sive consummato sive non, et ex publico vel notorio concubinatu[3]); et nuptias dirimit in primo et secundo gradu lineae rectae inter virum et consanguineas mulieris, ac vice versa.

Can. 1079.

Ea tantum spiritualis cognatio matrimonium irritat, de qua in can. 768.[4])

Can. 1080.

Qui lege civili inhabiles ad nuptias inter se ineundas habentur ob cognationem legalem ex adoptione ortam, nequeunt vi iuris canonici matrimonium inter se valide contrahere.[5])

Caput V.

De consensu matrimoniali.

Can. 1081.

§ 1. Matrimonium facit partium consensus inter personas iure habiles legitime manifestatus; qui nulla humana potestate suppleri valet.

§ 2. Consensus matrimonialis est actus voluntatis quo utraque pars tradit et acceptat ius in corpus, perpetuum et exclusivum, in ordine ad actus per se aptos ad prolis generationem.

---

[1]) Can. 97. § 1. Affinitas oritur ex matrimonio valido sive rato tantum sive rato et consummato.—§ 2 Viget inter virum dumtaxat et consanguineos mulieris, itemque mulierem inter et viri consanguineos. — § 3. Ita computatur ut qui sunt consanguinei viri, iidem in eadem linea et gradu sint affines mulieris, et vice versa. — Ponieważ podstawą powinowastwa nie jest jak dotychczas, copula carnalis ale „matrimonium validum" przeto affinitas illegitima sive antecedess sive superveniens została zniesiona.

[2]) U. c. § 66. Z powinowactwa powstaje przeszkoda do małżeństwa o tyle, że mąż nie może poślubić krewnych żony wymienionych w § 65, zaś żona wymienionych tamże krewnych męża.

[3]) należy czekać na szczegółowe objaśnienie jak należy rozumieć „publicus vel notorius concubinatus"; w każdym razie singularis copula carnalis extra concubinatum publicum, nie tworzy przeszkody.

[4]) Can. 768. Ex baptismo spiritualem cognationem contrahunt tantum cum baptizato baptizans et patrinus.

[5]) Cf. not. can. 1059. pag. 53.

Can. 1082.

§ 1. Ut matrimonialis consensus haberi possit, necesse est ut contrahentes saltem non ignorent matrimonium esse societatem permanentem inter virum et mulierem ad filios procreandos.

§ 2. Haec ignorantia post pubertatem non praesumitur.

Can. 1083.

§ 1. Error circa personam invalidum reddit matrimonium.

§ 2. Error circa qualitatem personae, etsi det causam contractui, matrimonium irritat tantum:

1.⁰ Si error qualitatis redundet in errorem personae;

2.⁰ Si persona libera matrimonium contrahat cum persona quam liberam putat, cum contra sit serva, servitute proprie dicta.[1])

Can. 1084.

Simplex error circa matrimonii unitatem vel indissolubilitatem aut sacramentalem dignitatem, etsi det causam contractui, non vitiat consensum matrimonialem.

Can. 1085.

Scientia aut opinio nullitatis matrimonii consensum matrimonialem necessario non excludit.

Can. 1086.

§ 1. Internus animi consensus semper praesumitur conformis verbis vel signis in celebrando matrimonio adhibitis.

§ 2. At si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum, aut omne ius ad coniugalem actum, vel essentialem aliquam matrimonii proprietatem, invalide contrahit.

Can. 1087.

§ 1. Invalidum quoque est matrimonium initum ob vim vel metum gravem ab extrinseco et iniuste incussum, a quo ut quis se liberet, eligere cogatur matrimonium.[2])

§ 2. Nullus alius metus, etiamsi det causam contractui, matrimonii nullitatem secumfert.

---

[1]) U. c. § 57. Omyłka unieważnia przyzwolenie na małżeństwo tylko wtedy, jeżeli zaszła co do osoby przyszłego małżonka. — § 58. Mąż, który po zaślubieniu zastanie już żonę w ciąży z innym mężczyzną, może żądać uznania małżeństwa za nieważne z wyjątkiem wypadku przewidzianego w § 121. - § 59. Wszystkie inne omyłki małżonków jako też zawiedzione oczekiwania co do spodziewanych lub nawet umówionych warunków, nie stanowią przyczyny nieważności małżeństwa.

[2]) U. c. § 55. Zezwolenie na małżeństwo wymuszone uzasadnioną bojaźnią niema prawnej mocy. Czy bojaźń była uzasadniona, osądzić należy według wielkości i prawdopodobieństwa niebezpieczeństwa, tudzież według stanu ciała i umysłu osoby zagrożonej.

Can. 1088.

§ 1. Ad matrimonium valide contrahendum necesse est ut contrahentes sint praesentes sive per se ipsi sive per procuratorem.

§ 2. Sponsi matrimonialem consensum exprimant verbis; nec aequipollentia signa adhibere ipsis licet, si loqui possint.

Can. 1089.

§ 1. Firmis dioecesanis statutis desuper additis, ut matrimonium per procuratorem valide ineatur, requiritur mandatum speciale ad contrahendum cum certa persona, subscriptum a mandante et vel a parocho aut Ordinario loci in quo mandatum fit, vel a sacerdote ab alterutro delegato, vel a duobus saltem testibus.

§ 2. Si mandans scribere nesciat, id in ipso mandato adnotetur et alius testis addatur qui scripturam ipse quoque subsignet; secus mandatum irritum est.

§ 3. Si, antequam procurator nomine mandatis contraxerit, hic mandatum revocarerit aut in amentiam inciderit, invalidum est matrimonium, licet sive procurator sive alia pars contrahens haec ignoraverint.

§ 4. Ut matrimonium validum sit, procurator debet munere suo per se ipse fungi.[1])

Can. 1090.

Matrimonium per interpretem quoque contrahi potest.

Can. 1091.

Matrimonio per procuratorem vel per interpretem contrahendo parochus ne assistat, nisi adsit iusta causa et de authenticitate mandati vel de interpretis fide dubitari nullo modo liceat, habita, si tempus suppetat, Ordinarii licentia.

Can. 1092.

Conditio semel apposita et non revocata:

1.⁰ Si sit de futuro necessaria vel impossibilis vel turpis, sed non contra matrimonii substantiam, pro non adiecta habeatur;

2.⁰ Si de futuro contra matrimonii substantiam, illud reddit invalidum;

3.⁰ Si de futuro licita, valorem matrimonii suspendit;

4.⁰ Si de praeterito vel de praesenti, matrimonium erit validum vel non, prout id quod conditioni subest, exsistit vel non.[2])

Can. 1093.

Etsi matrimonium invalide ratione impedimenti initum fuerit, consensus praestitus praesumitur perseverare, donec de eius revocatione constiterit.

---

[1]) Cf. § 76 u. cyw.

[2]) Ustawa cyw. nie zna małżeństwa warunkowego; cf. w. cyt. § 59. n. 1 str. 59.

Caput VI.

De forma celebrationis matrimonii.

Can. 1094.

Ea tantum matrimonia valida sunt quae contrahuntur coram parocho, vel loci Ordinario, vel sacerdote ab alterutro delegato et duobus saltem testibus, secundum tamen regulas expressas in canonibus qui sequuntur, et salvis exceptionibus de quibus in can. 1098, 1099.

Can. 1095.

§ 1. Parochus et loci Ordinarius valide matrimonio assistunt:

1.⁰ A die tantummodo adeptae canonicae possessionis beneficii ad normam can. 334, § 3, 1444, § 1[1]), vel initi officii, nisi per sententiam fuerint excommunicati vel interdicti vel suspensi ab officio aut tales declarati;

2.⁰ Intra fines dumtaxat sui territorii; in quo matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide assistunt;

3.⁰ Dummodo neque vi neque metu gravi constricti requirant excipiantque contrahentium consensum.

§ 2. Parochus et loci Ordinarius qui matrimonio possunt valide assistere, possunt quoque alii sacerdoti licentiam[2]) dare ut intra fines sui territorii matrimonio valide assistat[3]).

Can. 1096.

§ 1. Licentia assistendi matrimonio concessa ad normam can. 1095, § 2, dari expresse debet sacerdoti determinato ad matrimonium determinatum, exclusis quibuslibet delegationibus generalibus, nisi agatur de vicariis cooperatoribus pro paroecia cui addicti sunt; secus irrita est.

§ 2. Parochus vel loci Ordinarius licentiam ne concedat, nisi expletis omnibus quae ius constituit pro libertate status comprobanda.

Can. 1097.

§ 1. Parochus autem vel loci Ordinarius matrimonio licite assistunt:

1.⁰ Constito sibi legitime de libero statu contrahentium ad normam iuris;

2.⁰ Constito insuper de domicilio vel quasi-domicilio vel menstrua commoratione aut, si de vago agatur, actuali commoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii;

---

[1]) Canonicam possesionem capiunt: Episcopi simul ac in ipsa dioecesi apostolicas litteras Capitulo ecclesiae cathedralis ostenderint (can. 334 § 3). Parochi secundum modum iure peculiari praescriptum vel legitima consuetudine receptum (can. 1444 § 1).

[2]) licentiam a raczej według dotychczasowej terminologii delegationem.

[3]) U. cyw. § 75. Uroczyste oświadczenie przyzwolenia musi nastąpić wobec dwóch świadków przed *właściwym* duszpasterzem jednego z narzeczonych, czy tenże stosownie do różności religii nazywa się proboszczem, pastorem czy też inaczej, albo przed jego zastępcą.

3.⁰ Habita, si conditiones deficiant de quibus n. 2, licentia parochi vel Ordinarii domicilii vel quasi-domicilii aut menstruae commorationis alterutrius contrahentis, nisi vel de vagis actu itinerantibus res sit, qui nullibi commorationis sedem habent, vel gravis necessitas intercedat quae a licentia petenda excuset.

§ 2. In quolibet casu pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset; matrimonia autem catholicorum mixti ritus, nisi aliud particulari iure cautum sit, in ritu viri et coram eiusdem parocho sunt celebranda[1]).

§ 3. Parochus qui sine licentia iure requisita matrimonio assistit, emolumenta stolae non facit sua, eaque proprio contrahentium parocho remittat.

Can. 1098.

Si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus vel Ordinarius vel sacerdos delegatus qui matrimonio assistant ad normam can. 1095, 1096:

1.⁰ In mortis periculo validum et licitum est matrimonium contractum coram solis testibus; et etiam extra mortis periculum, dummodo prudenter praevideatur eam rerum conditionem esse per mensem duraturam;

2.⁰ In utroque casu, si praesto sit alius sacerdos qui adesse possit, vocari et, una cum testibus, matrimonio assistere debet, salva coniugii validitate coram solis testibus.

Can. 1099.

§ 1. Ad statutam superius formam servandam tenentur:

1.⁰ Omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi, licet sive hi sive illi ab eadem postea defecerint, quoties inter se matrimonium ineunt;

2.⁰ Iidem, de quibus supra, si cum acatholicis sive baptizatis sive non baptizatis etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus matrimonium contrahant;

3.⁰ Orientales, si cum latinis contrahant hac forma adstrictis.

§ 2. Firmo autem praescripto § 1, n. 1, acatholici sive baptizati sive non baptizati, si inter se contrahant, nullibi tenentur ad catholicam matrimonii formam servandam; item ab acatholicis nati, etsi in Ecclesia catholica baptizati, qui ab infatili aetate in haeresi vel schismate aut infidelitate vel sine ulla religione adoleverunt, quoties cum parte acatholica contraxerint.

Can. 1100.

Extra casum necessitatis, im matrimonii celebratione serventur ritus in libris ritualibus ab Ecclesia probatis praescripti aut laudabilibus consuetudinibus recepti.

---

[1]) Na mocy Konkordyi z r. 1863 „benedicit matrimonio parochus sponsae“.

Can. 1101.

§ 1. Parochus curet ut sponsi benedictionem sollemnem[1]) accipiant, quae dari eis potest etiam postquam diu vixerint in matrimonio, sed solum in Missa, servata speciali rubrica et excepto tempore feriato.

§ 2. Sollemnem benedictionem ille tantum sacerdos per se ipse vel per alium dare potest, qui valide et licite matrimonio potest assistere.

Can. 1102.

§ 1. In matrimoniis inter partem catholicam et partem acatholicam interrogationes de consensu fieri debent secundum praescriptum can. 1095, § 1, n. 3.

§ 2. Sed omnes sacri ritus prohibentur; quod si ex hac prohibitione graviora mala praevideantur, Ordinarius potest aliquam ex consuetis ecclesiasticis caeremoniis, exclusa semper Missae celebratione, permittere.

Can. 1103.

§ 1. Celebrato matrimonio, parochus vel qui eius vices gerit, quamprimum describat in libro matrimoniorum nomina coniugum ac testium, locum et diem celebrati matrimonii atque alia secundum modum in libris ritualibus et a proprio Ordinario praescriptum; idque licet alius sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus matrimonio adstiterit.

§ 2. Praeterea, ad normam can. 470, § 2[2]), parochus in libro quoque baptizatorum adnotet coniugem tali die in sua paroecia matrimonium contraxisse. Quod si coniux alibi baptizatus fuerit, matrimonii parochus notitiam initi contractus ad parochum baptismi sive per se sive per Curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptizatorum librum referatur.

§ 3. Quoties matrimonium ad normam can. 1098 contrahitur, sacerdos, si eidem adstiterit, secus testes tenentur in solidum cum contrahentibus curare ut initum coniugium in praescriptis libris quamprimum adnotetur.

Caput VII.

De matrimonio conscientiae.

Can. 1104.

Nonnisi ex gravissima et urgentissima causa et ab ipso loci Ordinario, excluso Vicario Generali sine speciali mandato, permitti potest ut *matrimonium conscientiae* ineatur, idest matrimonium celebretur omissis denuntiationibus et secreto, ad normam canonum qui sequuntur.

---

[1]) i. e. quem exhibet Missale Romanum in missa pro sponsis.

[2]) Can. 470 tractat de libris paroecialibus.

Can. 1105.

Permissio celebrationis matrimonii conscientiae secumfert promissionem et gravem obligationem secreti servandi ex parte sacerdotis assistentis, testium, Ordinarii eisque successorum, et etiam alterius coniugis, altero non consentiente divulgationi.

Can. 1106.

Huius promissionis obligatio ex parte Ordinarii non extenditur ad casum quo vel aliquod scandalum aut gravis erga matrimonii sanctitatem iniuria ex secreti observantia immineat, vel parentes non curent filios ex tali matrimonio susceptos baptizari aut eos baptizandos curent falsis expressis nominibus, quin interim Ordinario intra triginta dies notitiam prolis susceptae et baptizatae cum sincera indicatione parentum praebeant, vel christianam filiorum educationem negligant.

Can. 1107.

Matrimonium conscientiae non est adnotandum in consueto matrimoniorum ac baptizatorum libro, sed in peculiari libro servando in secreto Curiae archivo de quo in can. 379.

Caput VIII.

De tempore et loco celebrationis matrimonii.

Can. 1108.

§ 1. Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest.

§ 2. Sollemnis[1]) tantum nuptiarum benedictio vetatur a prima dominica Adventus usque ad diem Nativitatis Domini inclusive, et a feria IV Cinerum usque ad dominicam Paschatis inclusive.

§ 3. Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus liturgicis, etiam praedictis temporibus eam permittere ex iusta causa, monitis sponsis ut a nimia pompa abstineant.

Can. 1109.

§ 1. Matrimonium inter catholicos celebretur in ecclesia paroeciali; in alia autem ecclesia vel oratorio sive publico sive semi-publico, nonnisi de licentia Ordinarii loci vel parochi celebrari poterit.

§ 2. Matrimonium in aedibus privatis celebrari Ordinarii locorum in extraordinario tantum aliquo casu et accedente semper iusta ac rationabili causa permittere possunt; sed in ecclesiis vel oratoriis sive Seminarii sive religiosarum, Ordinarii id ne germittant, nisi urgente necessitate, ac opportunis adhibitis cautelis.

§ 3. Matrimonia vero inter partem catholicam et partem acatholicam extra ecclesiam celebrentur; quod si Ordinarius prudenter iudicet id servari non posse

[1]) Modlitwy cum benedictione, zawarte w naszym rytuale nie są wzbronione.

quin graviora oriantur mala, prudenti eius arbitrio committitur hac super re dispensare, firmo tamen praescripto can. 1102, § 2.

Caput IX.

De matrimonii effectibus.

Can. 1110.

Ex valido matrimonio enascitur inter coniuges vinculum natura sua perpetuum et exclusivum; matrimonium praeterea christianum coniugibus non ponentibus obicem gratiam confert.

Can. 1111.

Utrique coniugi ab ipso matrimonii initio aequum ius et officium est quod attinet ad actus proprios coniugalis vitae.

Can. 1112.

Nisi iure speciali aliud cautum sit, uxor, circa canonicos effectus, particeps efficitur status mariti.

Can. 1113.

Parentes gravissima obligatione tenentur prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi, et etiam temporali eorum bono providendi.

Can. 1114.

Legitimi sunt filii concepti aut nati ex matrimonio valido vel putativo, nisi parentibus ob sollemnem professionem religiosam vel susceptum ordinem sacrum prohibitus tempore conceptionis fuerit usus matrimonii antea contracti.

Can. 1115.

§ 1. Pater is est quem iustae nuptiae demonstrant, nisi evidentibus argumentis contrarium probetur.

§ 2. Legitimi praesumuntur filii qui nati sunt saltem post sex menses a die celebrati matrimonii, vel intra decem menses a die dissolutae vitae coniugalis.

Can. 1116.

Per subsequens parentum matrimonium sive verum sive putativum, sive noviter contractum sive convalidatum, etiam non consummatum, legitima efficitur proles, dummodo parentes habiles exstiterint ad matrimonium inter se contrahendum tempore conceptionis, vel praegnationis, vel nativitatis.[1])

---

[1]) Sposób przeprowadzenia legitymacyi conf. in Curr. 1908 pag. 29 i 1909 pag. 68. Według noweli z dn. 12. paździer. 1914 t. 3. § 8. Mąż matki, chociażby nie był ojcem, może za zezwoleniem matki i dziecka a względnie jego ustawowego zastępcy i sądu, nadać dziecku swoje nazwisko przez oświadczenie wobec krajowej władzy politycznej.

Can. 1117.

Filii legitimati per subsequens matrimonium, ad effectus canonicos quod attinet, in omnibus aequiparantur legitimis, nisi aliud expresse cautum fuerit.

Caput X.

De seperatione coniugum.

ART. I. – *De dissolutione vinculi.*

Can. 1118.

Matrimonium validum ratum et consummatum nulla humana potestate nullaque causa, praeterquam morte, dissolvi potest.

Can. 1119.

Matrimonium non consummatum inter baptizatos vel inter partem baptizatam et partem non baptizatam, dissolvitur tum ipso iure per sollemnem professionem religiosam [1]), tum per dispensationem a Sede Apostolica ex iusta causa concessam, utraque parte rogante vel alterutra, etsi altera sit invita.[2])

Can. 1120.

§ 1. Legitimum inter non baptizatos matrimonium, licet consummatum, solvitur in favorem fidei ex privilegio Paulino.

§ 2. Hoc privilegium non obtinet in matrimonio inter partem baptizatam et partem non baptizatam inito cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus.

Can. 1121.

§ 1. Antequam coniux conversus et baptizatus novum matrimonium valide contrahat, debet, salvo praescripto can. 1125, partem non baptizatam interpellare:

1.⁰ An velit et ipsa converti ac baptismum suscipere;

2.⁰ An saltem velit secum cohabitare pacifice sine contumelia Creatoris.

§ 2. Hae interterpellationes fieri semper debent, nisi Sedes Apostolica aliud declaraverit.

Can. 1122.

§ 1. Interpellationes fiant regulariter, forma saltem summaria et extraiudiciali, de auctoritate Ordinarii coniugis conversi, a quo Ordinario concedendae

---

[1]) W Kodeksie nie ma wzmianki o prawie, jakie dawniej przysługiwało małżonkom, że mogli w ciągu dwóch miesięcy po zawarciu małżeństwa wstrzymać się a consummatione matrimonii i wstąpić do zakonu.

[2]) Ustawa cyw. uważa małżeństwo katolika za absolutnie nierozwalne i dlatego nie uznaje ani dyspenzy apostolskiej super matrimonio rato tantum ani privilegium fidei, o którem poniżej mowa.

sunt quoque coniugi infideli, si quidem eas petierit, induciae ad deliberandum, eo tamen monito, fore ut, induciis inutiliter praeterlapsis, responsio praesumatur negativa.

§ 2. Interpellationes etiam privatim factae ab ipsa parte conversa, valent, imo sunt etiam licitae, si forma superius praescripta servari nequeat; hoc tamen in casu de ipsis, pro foro externo, constare debet duobus saltem testibus vel alio legitimo probationis modo.

Can. 1123.

Si interpellationes ex declaratione Sedis Apostolicae omissae fuerint, aut si infidelis eiusdem negative responderit expresse vel tacite, pars baptizata ius habet novas nuptias cum persona catholica contrahendi, nisi ipsa post baptismum dederit parti non baptizatae iustam discedendi causam.

Can. 1124.

Coniux fidelis, licet post susceptum baptismum denuo matrimonialiter cum parte infideli vixerit, ius tamen novas celebrandi nuptias cum persona catholica non amittit, ideoque potest hoc iure uti, si coniux infidelis, mutata voluntate, postea discedat sine iusta causa, vel iam non cohabitet pacifice sine contumelia Creatoris.

Can. 1125.

Ea quae matrimonium respiciunt in constitutionibus Pauli III *Altitudo*, 1 Iun. 1537; S. Pii V *Romani Pontificis*, 2 Aug. 1571; Gregorii XIII *Populis*, 25 Ian. 1585, quaeque pro peculiaribus locis scripta sunt, ad alias quoque regiones in eisdem adiunctis extenduntur.[1])

Can. 1126.

Vinculum prioris coniugii, in infidelitate contracti, tunc tantum solvitur, cum pars fidelis reapse novas nuptias valide iniverit.

Can. 1127.

In re dubia privilegium fidei gaudet favore iuris.

ART. II. — *De separatione tori, mensae et habitationis.*

Can. 1128.

Coniuges servare debent vitae coniugalis communionem, nisi iusta causa eos excuset.

---

[1]) Przytoczone konstytucye (wydane dla Indyi zachodnich, Brazylii, Etyopii) uwalniają od obowiązku interpelowania strony niewiernej, gdy ktoś przed chrztem miał więcej żon.

Can. 1129.

§ 1. Propter coniugis adulterium, alter coniux, manente vinculo, ius habet solvendi, etiam in perpetuum, vitae communionem, nisi in crimen consenserit, aut eidem causam dederit, vel illud expresse aut tacite condonaverit, vel ipse quoque idem crimen commiserit.

§ 2. Tacita condonatio habetur, si coniux innocens, postquam de crimine adulterii certior factus est, cum altero coniuge sponte, maritali affectu, conversatus fuerit; praesumitur vero, nisi sex intra menses coniugem adulterum expulerit vel dereliquerit, aut legitimam accusationem fecerit.

Can. 1130.

Coniux innocens, sive iudicis sententia sive propria auctoritate legitime discesserit, nulla unquam obligatione tenetur coniugem adulterum rursus admittendi ad vitae consortium; potest autem eundem admittere aut revocare, nisi ex ipsius consensu ille statum matrimonio contrarium susceperit.

Can. 1131.

§ 1. Si alter coniux sectae acatholicae nomen dederit; si prolem acatholice educaverit; si vitam criminosam et ignominiosam ducat; si grave seu animae seu corporis periculum alteri facessat; si saevitiis vitam communem nimis difficilem reddat, haec aliaque id genus, sunt pro altero coniuge totidem legitimae causae discedendi, auctoritate Ordinarii loci, et etiam propria auctoritate, si de eis certo constet, et periculum sit in mora.

§ 2. In omnibus his casibus, causa separationis cessante, vitae consuetudo restauranda est; sed si separatio ab Ordinario pronuntiata fuerit ad certum incertumve tempus, coniux innocens ad id non obligatur, nisi ex decreto Ordinarii vel exacto tempore.

Can. 1132.

Instituta separatione, filii educandi sunt penes coniugem innocentem, et si alter coniugum sit acatholicus, penes coniugem catholicum, nisi in utroque casu Ordinarius pro ipsorum filiorum bono, salva semper eorundem catholica educatione, aliud decreverit.

Caput XI.

De matrimonii convalidatione.

ART. I. — *De convalidatione simplici.*

Can. 1133.

§ 1. Ad convalidandum matrimonium irritum ob impedimentum dirimens, requiritur ut cesset vel dispensetur impedimentum et consensum renovet saltem pars impedimenti conscia.

§ 2. Haec renovatio iure ecclesiastico requiritur ad validitatem, etiamsi initio utraque pars consensum praestiterit nec postea revocaverit.

Can. 1134.

Renovatio consensus debet esse novus voluntatis actus in matrimonium quod constet ab initio nullum fuisse.

Can. 1135.

§ 1. Si impedimentum sit publicum, consensus ab utraque parte renovandus est forma iure praescripta.

§ 2. Si sit occultum et utrique parti notum, satis est ut consensus ab utraque parte renovetur privatim et secreto.

§ 3. Si sit occultum et uni parti ignotum, satis est ut sola pars impedimenti conscia consensum privatim et secreto renovet, dummodo altera in consensu praestito perseveret[1]).

Can. 1136.

§ 1. Matrimonium irritum ob defectum consensus convalidatur, si pars quae non consenserat, iam consentiat, dummodo consensus ab altera parte praestitus perseveret.

§ 2. Si defectus consensus fuerit mere internus, satis est ut pars quae non consenserat, interius consentiat.

§ 3. Si fuerit etiam externus, necesse est consensum etiam exterius manifestare, vel forma iure praescripta, si defectus fuerit publicus, vel alio modo privato et secreto, si fuerit occultus.

Can. 1137.

Matrimonium nullum ob defectum formae, ut validum fiat, contrahi denuo debet legitima forma.

ART. II. — *De sanatione in radice.*

Can. 1138.

§ 1. Matrimonii in radice sanatio est eiusdem convalidatio, secumferens, praeter dispensationem vel cessationem impedimenti, dispensationem a lege de renovando consensu, et retrotractionem, per fictionem iuris, circa effectus canonicos, ad praeteritum.

§ 2. Convalidatio fit a momento concessionis gratiae; retrotractio vero intelligitur facta ad matrimonii initium, nisi aliud expresse caveatur.

§ 3. Dispensatio a lege de renovando consensu concedi etiam potest vel una tantum vel utraque parte inscia.

---

[1]) A więc uwiadomienie drugiej strony o nieważności małżeństwa nie jest potrzebne a zatem odpada dawna klauzula: certiorato altero coniuge de nullitate prioris consensus.

Can. 1139.

§ 1. Quodlibet matrimonium initum cum utriusque partis consensu naturaliter sufficiente, sed iuridice inefficaci ob dirimens impedimentum iuris ecclesiastici vel ob defectum legitimae formae, potest in radice sanari, dummodo consensus perseveret.

§ 2. Matrimonium vero contractum cum impedimento iuris naturalis vel divini, etiamsi postea impedimentum cessaverit, Ecclesia non sanat in radice, ne a momento quidem cessationis impedimenti.

Can. 1140.

§ 1. Si in utraque vel alterutra parte deficiat consensus, matrimonium nequit sanari in radice, sive consensus ab initio defuerit, sive ab initio praestitus, postea fuerit revocatus.

§ 2. Quod si consensus ab initio quidem defuerit, sed postea praestitus fuerit, sanatio concedi potest a momento praestiti consensus.

Can. 1141.

Sanatio in radico concedi unice potest ab Apostolica Sede.

Caput XII.

De secundis nuptiis.

Can. 1142.

Licet casta viduitas honorabilior sit, secundae tamen et ulteriores nuptiae validae et licitae sunt, firmo praescripto can. 1069, § 2.

Can. 1143.

Mulier cui semel benedictio sollemnis data sit, nequit in subsequentibus nuptiis eam iterum accipere.

L. 2134.

Kolonie wakacyjne dla młodzieży szkolnej.

Zachodnio-Galicyjskie Towarzystwo ochrony dzieci i młodzieży w Krakowie jak w latach poprzednich tak i obecnie zamierza dołożyć najusilniejszych starań do urządzenia kolonii wakacyjnych dla miejskiej młodzieży szkolnej.

W roku ubiegłym Towarzystwo to, dzięki ogólnemu poparciu, zdołało wysłać na wieś 616 dziatwy i młodzieży szkolnej, obojga płci, zapewnić im obfite a zdrowe pożywienie i należyty nadzór pedagogiczny. Kolonie przyniosły też nieoczekiwane wprost korzyści tak pod względem fizycznym, jak duchowym.

Dziś gdy stan zdrowotny i moralny młodzieży znacznie się pogorszył,

Towarzystwo to nie może pozostawić jej przez lato bez pomocy i opieki i — mimo niesłychanych trudności — rozpoczyna znowu akcyę kolonii wakacyjnych.

Brak odpowiedniego pomieszczenia i braki aprowizacyjne, nie pozwolą mu na przyjęcie tylu kolonistów, ilu tego potrzebuje i ilu pragnęłoby przyjąć. Dlatego stara się rozbudzić na nowo myśl przyjmowania dzieci na wieś przez osoby szlachetnego serca i dobrej woli.

Jak w roku poprzednim tak i w tym roku polecamy gorąco tę humanitarną akcyę wzywając P. T. Duchowieństwo, aby wpływem swoim i przykładem zachęcało szlachetne dwory i chaty do przyjmowania do siebie na czas letni wynędzniałą dziatwę miejską, a powstałe kolonie otoczyło swą opieką.

L. 3293.

Ósma pożyczka wojenna.

C. k. Ministerstwo Wyznań i Oświaty pismem z dnia 7. b. m. i r. L. 1447, odniosło się do Nas z prośbą, byśmy poparli sprawę VIII. pożyczki wojennej, wyłożonej do subskrypcyi w czasie od 28. maja do 2. lipca b. r.

Ze względu na doniosłość sprawy i na bardzo dogodne i korzystne warunki subskrypcyi wzywamy niniejszem P. T. Duchowieństwo, by zechciało w miarę możności jak najwydatniejszy i bezpośredni wziąć udział w subskrypcyi i by przy sposobności wpływało na ludność w kierunku jak najliczniejszego subskrybowania tej pożyczki.

L. 3177.

W sprawie rekwizycyi kościelnych przedmiotów metalowych.

Na podstawie reskryptu c. k. Namiestnictwa z dnia 4. czerwca b. r. d. XIa 81459/1555 zawiadamiamy, że według rozporządzenia c. k. Ministerstwa obrony kraj. z dnia 5. maja b. r. od. XVII. a Nr. 2993 nie ulegają odtąd rekwizycyi dzwonki zakrystyjne, krucyfiksy, lichtarze ołtarzowe, kociołki na wodę święconą. tace i inne naczynia służące do nabożeństwa. (Cf. Curr. VII. 1916 p. 46, Curr. V. 1917 p. 35, X. 1917 p. 57).

Msze św. Związku mszalnego do odprawienia.

Msze św. na intencyę osób wpisanych do dyec. Związku mszalnego w II. półroczu t. j. do 31. grudnia 1918 odprawią następujący P. T. Kapłani:

Szewczyk, Szułakiewicz, Szumowski, Szurmiak, Szymanek, Ślazyk, Śliwka, Śnieżnicki, Święch, Tabaszewski, Taborski, Tajduś, Tarsiński, Teper, Tobiasz, Tokarz, Trojnacki, Trytek, Urbański, Walczyński, Waleń, J. E. X. B. Wałęga, Warchałowski, Warecki, Wąsowicz, Wątorek, Wcisło Jan, Wcisło Wal., Weryński, Węgrzyn, Wieczorek, Wiejaczka, Wielgus, Wieliński, Wilczeński, Wilczkiewicz,

Wirmański, Dr. Wiślicki, Dr. Włoch, Wnękowicz, Wojcieszek, Wojtanowski, Wolanin Jan, Wolski Bartł., Wolski Eug., Woźniczka, Wójcik, Wrębski, Dr. Wróbel, Wyrwa.

Mutationes inter Ven. Clerum.

Nominati in Curia dioecesana: Rmus e Illmus. D. *Dr Bernacki Joannes*, Vicarius Officialis, Rmus D. *Dr. Mysor Ladislaus*, Promotor iustitiae ac defensor vinculi, Clmus D. *Dr. Wiślicki Joannes*, notarius, R. D. *Pendracki Ludovicus*, vice-cancellarius. — Iudices prosynodales (ad prox. decennium) p. t. Dni: *Dr. Bernacki Joannes, Walczyński Franciscus, Dr. Dutkiewicz Stanislaus* (iun.), *Chendyński Ladislaus, Dr. Mysor Ladislaus, Mazur Gasparus, Dr. Dutkiewicz Stan.* (sen.), *Dr. Włoch Thomas, Dr. Stanczykiewicz Jacobus, Dr. Góralik Aloisius, Dr. Maciejowski Ignatius.* — Examinatores prosynodales (ad prox. decen.) R. p. t. Dni: *Dr. Bąba Josephus, Dr. Bernacki Joannes, Walczyński Franciscus, Dr. Dutkiewicz* (iun.), *Chendyński Ladislaus, Dr. Mysor Ladislaus, Dr. Włoch Thomas, Dr. Macko Andreas, Dr. Stanczykiewicz Jacobus.* — Parochi consultores (ad prox, decen.) p. t. Dni: *Dr. Góralik Aloisius, Dr. Maciejowski Ignatius, Wolski Eugen., Kossecki Steph., Bobczyński Joan., Wilczkiewicz Antonius.* — Deputati pro Seminario dioec. maiore et minore p. t. Dni: *Dr. Bernacki Joannes* et *Chendyński Ladislaus*, pro bonorum temp. administratione, *Walczyński Franciscus* et *Dr. Mysor Ladislaus* pro disciplina. — Membra dioec. Consilii administrationis bon. temp. p. t. Dni *Dr. Bąba, Dr. Bernacki, Dr. Mysor.* Censores librorum p. t. Dni: *Walczyński Franc. Dr. Stanczykiewicz Jacobus, Dr. Macko Andreas, Dr. Wróbel Stanislaus.*

Decorati usu R. et M. Rndi Dni: *Dr. Rec Michaël*, prof. Sem. d. et *Łukasiński Franciscus*, par. in Radomyśl.

Institutus: R. D. *Grzyb Stanislaus*, ad benef. in Książnice.

Constituti: R. Dni: *Zachara Joannes*, adm. in Brzeziny — adm. spir. in Mogilno; *Łanowski Joannes*, adm. in Mogilno — admin. v. ben. in Wadowice górne; *Wolanin Joannes*, admin. in Wadowice — cooper. a. pers. in Gromnik.

Translati: R. Dni: *Dąbrowski Michaël*, admin. e Jastrząbka qua coop. ad Radomyśl *Kowal Joannes*, adm. e Radomyśl, qua coop. expos. ad Pogorska wola.

Piis ad aram praecibus commendatur:

Anima p. m. *Sołtys Aleksandri*, parochi in Zakliczyn, qui die 25. Maii h. a. ultimo fine quievit. S. p. a.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 24. czerwca 1918.

Ks. Dr Stanisław Bulanda
kanclerz

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.